



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

46. De quodam Ecclesiasticorum, & Ecclesiarum oppressore, qui visibiliter
à diabolo raptus, & per aëra subuectus est, stupentibus qui aderant
vniuersis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

uerat, ipse respondit: Hoc facere non possum,
quia inter contos suos vexillaque, sancti Archangeli Michaelis, ubi ego illi iuravi, imaginem
conspicio. Tunc vnus ex illis inquit: Te
pauore cernis, quod non est: & tibi tardum est
ista meditari. Conferuntur itaque acies pedes
pentibus buccinis: & neutra parte cedentibus
ita est maxima populorum strages. Tandem
crudelis tyrannus Alahis interijt: & Chumbrus
tutus adiuuante Deo victoriam obtinuit. Executus
autem Alahis comperta eius morte, in
subsidiū arripuit. E quibus, quos multo
perculit, Addua fluuius absorpsit. Caput
que Alahis detruncatum, & crura eius
Iunt, informeque tantum truncumque
uera remansit. In hoc bello Forouilanus
exercitus minime fuit: quia cum inuitus
hi iurasset: propterea nec Regi Chumbrus
nec Alahi auxilium tulit, sed cum illi bellum
committerent, ipsi ad propria sunt reuertitur
Alahi hoc modo deleto, Rex Chumbrus
corpus Zenoni diaconi ante fores in Basilica
B. Ioannis, quam ipse erexerat, miraculose
re, mandauit. Ipse vero regnatus, cum
exultatione & triumpho victoria, Tiberem
reuersus est.

Petrus venerabilis Abbas Cluniacensis lib. 1. c. 1. m. 1.
culorum. De quodam Ecclesiasticorum & Episcoporum
rum oppressore, qui visibiliter à diabolis captus, &
per aëra subuectus est, stupentibus qui aderant vni-
uersis.

AD terrorem & correctionem malorum,
quod Matifconi gestum est, proferatur,
insolita quippe res, & omnibus, ut puto seculi
inaudita: Omnium autem indigenarum
celebri & publica relatione narratur. Est au-
tem eadem Matiscus in finibus regni Fran-
corum, quod à Teutonicorum vel Romanorū
imperio Arar fluvius à Lotharingia sumēs ini-
tium, Rodanusque in mare mediterraneum
habens profluxum, determinat. Quæ Matif-
cus à quibusdam oppidum vocata, à quibusdā
urbis nomine honorata: in primatu Lugdunē
si, quintæ sedis obtinet locum, Hæc quantum
ad ius Ecclesiasticum, Lugdunensi primatu,
quantum ad ius seculare, Francorum regi sub-
ditur. Huius urbis principatum quodam tem-
pore sub nomine comitis quidam obtinēs su-
per personas & res Ecclesiasticas, execrādā
tyrannidem exercebat Longē enim exsuperās
aliorum prædonum nequitiam, non solum
parte Ecclesiarum substantias diripiebat: sed
redditus earum omnes cum suis possessioni-
bus sibi tyrannica violentia subiugabat. Nam
canonicos de Ecclesijs, ipsos etiam monachos
de monasterijs suis eiiciens: terras omnes, red-
ditus omnes, & quæcunque eis ad huius vitæ
subsidiū à maioribus data fuerant, immise-
ricorditer abstulit, iureque proprio mancipa-
vit. Ostenduntur huc ab incolis antiquarū
Bb 6 Ecce-

Ecclesiarum ruina: ex quibus ipse sacra-
 tionis cultores eiciens, venerabilia loca, om-
 nipotenti Deo religiosè seruientium multo-
 tudine referta in cremi solitudinem rede-
 git. Ita se totum Deo subtrahens: mundo de-
 gehennæ & tremendorum Dei iudiciorum
 oblitus, vt Euangelicus ille iudex, nec Deum
 timebat: nec hominem verebatur. Cuius
 concessa potestate abusus quotidie se ipso
 terere fieret: nullaque iam spes correptionis
 eius existeret, iram aduersum se omnipotentis
 Dei iam non reuocandam commouit: nec
 in se dirissimè expertus est scripturæ sacræ
 sententiam, dicentis: Horrendum est incidere
 manus Dei uiuentis. Et quia nequitia eius
 occulta, sed publica, non cum timore, sed
 audacia Deum prouocauerat: non latenter
 publice, non tamen inuisibiliter, sed etiam
 uisibiliter, terribile factus est tyrannus prius
 in exemplum. Nam cum sollemniter
 Matifconi in proprio palatio resedisset, cum
 que multitudo tam militum quam diuulsi-
 dinis circumstaret: repente ignotus homo
 quo insidens, per ostium palatii ingressus
 omnibus conspicientibus & admirantibus, usque
 ad ipsam equitando peruenit. Cùmque
 stare, se ei uelle colloqui dicens: vt sarg-
 ac se sequeretur, non tam monuit quàm impe-
 raui. At ille inuisibili potentia cōstrictus, nec
 iam resistere ualens, surrexit. Atque usque ad
 ostium

CRAR.
 se facere
 lia loca,
 tium ma
 em redig
 ndo de
 iudicium
 , nec Dom
 Cuius
 die se splo
 correctio
 omni pot
 mouit :
 ara facie
 st incidit
 aitia
 ore, sed
 n latens
 sed etiam
 anis pra
 solemani
 dillet, em
 ni diu
 eus homo
 gressus
 tibus,
 im que
 vt surge
 endam
 strictus,
 ue visque
 oli.

ostium domus processit, vbi equum paratum
 inueniens, eumque ab eo conscendere iussus,
 ascendit. Cuius stantis habenas ille arripens,
 statim eum velocissimo cursu per aera ferri eun-
 dis conspicientibus coepit. Cumque immenso
 eius clamore ac miserabili eiulatu tota ciuitas
 commota, ad tam inuisum spectaculum con-
 currisset: tam diu eum per aera currentem atto-
 niti conspexerunt, quam diu naturali oculorum
 acie eum subsequi potuerunt. Qui cum eum
 diu, Succurrite ciues, succurrite, vociferantem
 audirent, nec iuuare valerent: subtractus tan-
 dem visibus hominum, aeternus quemadmo-
 dum meruerat, factus est socius daemonum.
 Ab hoc tam horrendo spectaculo vniuersi ad
 propria recedentes: sicut supra dixi, horrendum
 esse incidere in manus Dei viuientis, exemplo
 inaudito & miserabili didicerunt. Hoc ita fu-
 ille post communem, vti dixi, omnium famam:
 quiddam, non quidem tamen mirabile, sed ta-
 men mirum nostris diebus accidens attesta-
 tur. Nam ille, de quo supra scripsi, traditus
 diabolo comes, dum cum socio maligno de
 palatio, vti dictum est, egrederetur, post ostium
 muri, palatio illi proximi transitum habuit.
 Quod ostium, ciues ob tantae rei horrorem &
 memoriam posteris commendandam lapidi-
 bus obturauerunt. Quod nuper Otgerius V Vil-
 helmi comitis praepositus renouare cupiens,
 & propter quadam, quae publico vel pri-

uato vsui necessaria videbantur, petrus
facere volens, conductis quodam die operari-
obicem lapidum ab ostio remouebat. Erat
tē & ipse pro posse suo, acer Ecclesiarum pe-
secutor, & vbi parua occasio occurrebat, in
earū misibus diuersis vexabat. Dum igitur
operi iam dicto instaret, ecce inuisibiliter de
bulo raptus, ac ridentibus qui aderant ma-
to in aëra spatio subleuatus. Sed confestim
missus, corruit, eiusque corpore grauiter
liso, brachium quoque illius subita illa ruitu
fregit. Quod videntes socij, rursus foras
ostij, quod aperire cœperant, lapidibus ob-
rauerunt, & ad perennem vtriusque pro-
memoriam, clausura perpetua damnauerunt.

*Petrus venerabilis lib. 1. cap. 28. miraculum
apparitione cuiusdam militis, qui Ecclesiam
mentis & vestimentis sacerdotalibus, in bello
fit, spoliauerat, eiusque panis, earundemque
dij.*

CAP. XLVII.

EST in Hispanijs nobile & famosum castel-
lum, quod & propter congruum situm, &
fertilitatem adiacentium terrarum, & multi-
tudinem inhabitantium incolarum, quibus
bus proxima castella exsuperat, vt astita, in
incongruè Stella vocatur. In hoc castello quod-
dam Burgensis fuit, qui Petrus Engelbertus
cabatur. Hic strenuitate famosus, & seculari-
bus rebus abundās, totam vsq; ad senium
viam

